

*Alterius res-
sponsionis
considera-
tio.*

*Lib. 1. anat-
omic. præ-
lect. 7.*

mine dissimilarē, hanc quidem in libris simplicium, illam in libris de Elementis, nonnullisq; alijs intellexisse. Animaduerto autem, non defuturos, qui aliter respondendum existimabunt, dictis nimirum simularium definitionib. Galenum & Aristot. per partes similes, non quæ continentur, humores, & spiritus, sed quæ continent, solidam partium vniuersarum substantiam intellexisse. Sic Archangelus Piccolomineus neruum ex filamentis spermaticis, & materno sanguine, hoc est, ex parte solida & fluida compositum non in diuersas partes, sed diuersas substantias diuidi contendit, nec dissimilare corpus, sed simile dicendū esse, cuius partes singulæ, quouis modo diuisæ, duas iam dictas substantias in se contineant. Idem verò de reliquis simularibus partibus sentiendū esse. Sic respondendum quidam existimabunt: à quorum partibus, Aristotelis triplex compositorum ordo, stare videtur: qui simularia vocat os, carnem, & similia, quantumuis ex alijs substantijs simplicioribus sint constituta. Sed quādo hoc ipso non tollitur ea cōtradictio, quam

quam